

XLVI

animæ humane carnis. Vere homo quæ
vere constans ex anima humana et car-
ne. ex veris constans: et vere constans: nõ
tantum vera habens: et vere habens par-
tes humanitatis / sed vere etiam existens
ex ipsis. Naturales habens et naturaliter
habens: sicut naturaliter deus: et generaliter
et non tantum habitu homo. Iure ergo si-
cut in veritate diuine dicitur extare natu-
re Ihesus. scilicet in veritate humane nature
creditur. vtriusque naturas habens et natu-
raliter. Ideo filie hierusalem distincte quæ-
runt: qualis sit secundum vtramque partem: de
generationis ipsius operantes et natura do-
ceri. Qualis est dilectus tuus? In nati-
uitate diuina est dilectus ex dilecto. in na-
tuitate humana factus est dilectus ex di-
lecto: nisi quod non tam est ipse dilectus ex ma-
tre quæ ipsa est effecta dilecta per ipsum. To-
tum habet quod habet dilectus ex dilecto
sed non totum a dilecta. magis autem to-
tum habet quod habet ipsa ab ipso. Ideo
cum primum rogant filie hierusalem: qua-
lis est dilectus tuus. quod ibi supra capaci-
tatis sue vires vota porrigunt: corrigunt
in continentiam ad humaniorem quandam
et magis modestam se conuertentes. Pos-
sumus autem vtroque sensu hoc intelligere
et aut interrogatio propter geminam in
Ihesu naturam accipiatur congeminata
aut illa prior quasi incapabilis hac sequen-
ti sit reuocata: ac si dicant. Qualis est dile-
ctus tuus ex dilecto o pulcherrima mulie-
rum? Huius te fidei veritas quam tenes.
de generatione dilecti de dilecto: in omnes om-
nium professores sectarum et pulcherrima
rum facit. Ista fides te mundat. ista venu-
stat. qua dilectum tuum dilecto ex quo est
equalem defendis. Talis est qualis ipse a
quo est. Vera equalitas et mira qualitas
et qualitas illa identitatem valet / quali-
tas substantialitatem. Si essent due na-
ture: vtriusque summa. vna in patre. in filio
alia: esset quidem equalitas / non esset iden-
titas: sed equalem sibi aliam diuina natu-
ra non admittit. Vna numero in vtroque
est qualitas / et substantialis qualitas / im-
mo substantie qualitas. ideo filium qua-
lis est pater talem esse: est et ipsius quod pa-
ter est esse: qualis pater est / talis et filius: et
ipsa qualitas est vtriusque / consubstantialis

est illi et eadem est cum illo substantia. Sub-
stantia non tantum subsistere conferens /
sed et ipsa subsistens / viuens / potens / intel-
ligens. Talem predicat dilectum tuum et
dilecto talem diffinis. Si fieri potest hu-
ius fidei nobis rationem edisserere / et suffi-
cit nobis. Quomodo sciemus qualis est
dilectus tuus ex dilecto / si non edoces quæ-
lis est dilectus ex quo est? Sed non est h-
aut huius temporis / aut huius capacita-
tis nostre: sed sufficit credere / quia talis est /
qualis est pater. Quamuis non sufficimus
comprehendere que illa qualitas est. Do-
ce qualis secundum humanitatem est: secundum quam
dilectus est ex dilecto. Doce et hic qualis
est dilectus tuus. Delectat nos de ipso ita
audita reaudire. Replica nobis que de di-
lecto tuo / vel credi debent / vel capi valent
Vtriusque audita nos vehementer delectat
et que incapabilia nobis sunt: nos tamen
capiunt illa. eo ipso adiurationis et amo-
ris estu capti sumus: que te sic captam. sic
arreptam: sic estuantem videmus. Qua-
lis est dilectus tuus: cuius in te semper amor
capit augmenta: quæ tibi fit semper de dilecto dilectus. im-
mo de dilectissimo semper dilectio: cuius te
facit amor: pulchram. experientia audiam.
auditas anxiã. Anxiã est enim et affec-
tus votiui quod sic adiuras nos. Qualis est
dilectus tuus ex dilecto / quoniam sic ad-
iurasti nos? Quam pulcher est: qui in te fedus
nihil esse sustinet. Ideoque pulcherrimam
efficit mulierum: quæ amabilis et gratiofus
sine quo nec ad horam esse sustines: prop-
ter quam sic adiurasti nos. Rogo vos fi-
lie hierusalem (huius terrestris hierusalem)
cur non has ad ecclesiam interrogationes
ingeminatis? Cur hanc vtramque natiui-
tatem in Christo quam detractatis com-
mendare / dissimulare / addiscere? Cur vos
non sentitis adiuratas ab ecclesia: prola-
tis contra vos scripture vestre cum fide
testimonijs: collatis in fide spirituum gra-
tius. prolati pro fide passionum marty-
rijs: Cur non vos quasi ad iuratas senti-
tis ab ecclesia aprioribus (quas frequen-
tat) ceremonijs. acutioribus (quas tractat)
sententijs. altioribus (quæ expectat) sermionibus. artio-
ribus. quibus se instruit / vos: disciplina restrictior
doctrina instructior: expeditior: ritus: emi-